Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



195

lonis omnis erat i masphat
ante in israhel et iejunauerunt
illa die. et induerunt se cilicio
et cinere imposuerunt ra-
pti suo: et destituerunt vesti
menta sua et expanderunt
libros legis de quibus scrutabat
gentes similitudine simulacrorum
suorum: et attulerunt ornamen-
ta sacerdotalia et primicias et de
cimas. et suscitauerunt nazareos
qui impleuerant dies. et clama
uerunt voce magna i celum die
tes. Quid faciemus istis. et quo
eos ducemus. Et sanctuarium tuum con
culcatum est et contaminata sunt: et
sacerdotes tui facti sunt i luctu et
i humilitate. Et ecce nationes co
uenerunt aduersus nos ut nos
disperdant. Tu scis quae cogitant
i nos. Quomodo poterimus subsis-
tere ante faciem eorum nisi tu de
adiuues nos. Et tubis exclama
uerunt voce magna. Et post hoc
constituit iudas duces plebis: tri
bunos et centuriones et penta-
contarchos et decanos. Et di
xit his qui edificabant domos
et sponsabant uxores et plan-
tabant vineas et formidolosis
vt redire unusquisque i domum
suam sicut lege. Et mouerunt ca-
stra: et collocauerunt ad austrum
ammaus. Et ait iudas. accingi
mini et estote filii potentes: et
estote paratis in mane ut pug
netis aduersus nationes has
que conuenerunt disperdere nos.
et sancta nostra. quoniam melius est
nos mori i bello: quam videre
mala gentis nostre et sanctorum
Sicut autem fuerit voluntas in
celo sic fiat:

Et assumpsit gorgias.
quinque milia virorum: et mil
le equites electos. et mouerunt
castra nocte ut applicarent ad
castra iudeorum: et prouenerunt eos
subito. Et filii qui erant ex arce
erant illis duces. Et audiuit
iudas: et surrexit ipse et potentes
pugnatores pretiosi exercitum
regis. quae erat i ammaus ad
huc enim dispersus erat exercitus
a castris. Et venit gorgias in
castra iude nocte: et neminem
inuenit. Et quaebat eos i monti
bus: quoniam dixit: fugiunt hi a nobis
Et cum dies factus esset apparuit
iudas i campo cum tribus milibus
virorum tuorum: qui tegumenta et gla
dios non habebant. Et viderunt
castra gentium valida et loricatis
et equitatus in circuitu eorum
et hi docti ad pugnam. Et ait iudas
viris qui secum erant. Ne timueri-
tis multitudinem eorum: et impe-
tum eorum ne formidetis. Memen-
to quale salui facti sunt patres
nostri i mari rubro: cum sequeretur
eos pharao cum exercitu multo
Et nunc clamemus i celum et mise-
rebitur nostri deus: et memor erit
testamenti patrum nostrorum. et con-
terit exercitum istum ante faciem nostram
hodie: et scient omnes gentes quia
est deus qui redimit et liberat
israhel. Et leuauerunt alienigene
oculos suos: et viderunt eos ve
nientes exaduerso. Et exierunt
de castris i pugnam: et tuba cecine
runt hi qui fuerant cum iuda. Et con
gressi sunt et contrite sunt gentes:
et fugerunt in campum. Nouissimi
autem ceciderunt i gladio et per-
secuti sunt eos usque gezeron. et
usque i campos idumee et azo-
ti et iamnie. et ceciderunt ex illis
usque ad tria milia virorum. Et re
uersus est iudas: et exercitus eius
secutus eum. Dixit quoque ad populum. Ne
concupiscatis spolia quia bellum com